1458 Januar 16, Rom.[1]) **Nr. 5444**

Petrus de Aleiis, Kleriker aus Florenz, an Calixt III. (Supplik). Er sei durch den Richter von Bozen zur Ehe mit Margareta Conradi aus der Diözese Brixen gezwungen worden. Die Ehe sei kirchlich eingesegnet und vollzogen worden. Nun wolle Margareta jedoch in das Augustinerinnenkloster San Domenico in Verona eintreten und Petrus wolle die höheren Weihen empfangen. Er bittet daher um entsprechende Dispens. Kard. Capranica billigt die Supplik und überträgt die Sache an NvK.

Kopie (gleichzeitig): Rom, *Arch. Poen, Reg. Suppl. Poen. 5 f. 421*^{r}.
Regest: Schmugge, RPG III 71 Nr. 539.

Petrus de Alleis[2]), clericus Florentinus, quod ipse alias quandam juventulam Margaretam Conradi Brixinensis diocesis per judicem secularem opidi Bulsano[3]), Tridentini diocesis, matrimonialiter conduceret, coactus fuit, sicuti fecit metu pene et illud in facie ecclesie sollempnizavit et carnali copula consumavit, verum, pater s., dictus Petrus et Margareta zelo devotionis accensi, Petrus ipse ad omnes sacros et presbiteratus ordines promoveri et Margarita in monasterio unacum etc. monasterii sancti Dominici extra muros Veronensis ordinis sancti Augustini sub cura et regimine episcopi Veronensis desiderat sub perpetua castitate regularem vitam ducere et profiteri dictum monasterium animo et intencione dictum ordinem profitendi, si et inquantum consensus vestre s. accesserit ingressa. Supplica⟨n⟩t s. v. prefatus Petrus et Margarita, quatenus alicui probo viro in partibus committere et mandare, ut constito sibi de premissis et animorum coniugum hincinde consensu dicte Margarite dictum ordinem in huiusmodi monasterio sancti Dominici profitendi, ut in eo perpetue residendi iuxta statuta et consuetudines loci etc., necnon prefato Petro, qui cum dicta Margarita in virginitate desponsatus fuit, ut ipse ad omnes sacros, eciam presbiteratus, ordines promoveri et in illis ministrare necnon sub habitu clericalis secularium intercedere licenciam et facultatem concedere, ut dictus Petrus dictos ordines sacros a quocumque catholico antistite graciam et communionem sedis apostolice habente in Romana ⟨curia⟩ vel extra eam, quem elegerit, recipiendi etc. delegare misericorditer dignemini, constitucionibus etc. — Fiat de speciali et expresso et committatur reverendissimo domino cardinali sancti Petri. D. S. + J.[4])

---

1 quod – alias: *ü.d.Z. korr. statt gestr.* diocesis.

---

[1]) *Datum der Billigung.*

[2]) *Petrus de Alleis, Sekretär des NvK. Er reiste im August 1456 nach Verona; s.o.* Nr. 4908. *Vermutlich hatte er damals den Eintritt seiner Ehefrau in das dortige Augustinerinnenkloster vorbereitet.*

[3]) *Heinrich Breitenberger (Praitenberger), Stadtrichter zu Bozen, erw. 1445-1474. S.* Innsbruck, *TLA, U I 8767 (1445 Juni 27); ebd., U II 5678 (1454 September 20); ebd., U I 5988 (1456 August 1); ebd., Parteibriefe 2147 (1457 September 24); ebd., U I 6852 (1458 Januar 3); ebd., U II 1796 (1466 November 21); ebd., U I 6913 (1467 Juni 16); ebd., Parteibriefe 1038 (1467 Juni 24); ebd., U II 5814 (1474 August 2). Vgl. auch Obermair, Bozen-Süd 117 Nr. 1066, 122 Nr. 1076; Wallnöfer, Politische Repräsentation 362f.*

[4]) *Sigle des Großpoenitentiars Domenico Capranica, Kard. von Hl. Kreuz in Jerusalem; s.o.* Nr. 4863.

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.